

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Meno, vel, de virtute

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

enim surrexissent ex conuiuio Timarchus, & Philemon Philemonidis filius, interfecturi Niciam Hircaniam adri filium, soli enim insidiarum huius consilium fuerant: hic Timarchus, Quid ais, o Socrates, inquit, Vos quidem bibite, me vero oportet alio ire, redibo aut paulo post, si occasio erit. Tum mihi aderat vox. Itaque ne surgas inquam, solitum mihi a demone signum datum ferens. Quienit ille. Deinde paulisper comoratus ardebat iterum eundem cupiditate, dicens, eo iam Socrates. Et quia iterum uocem audiui, rursus illum cohibui, donec ille tertio latere me cupiens clanculum, cum ego mentem alio aduertissem, se subripuit: & sic profectus ea patrauit, qua mortis ei causa fuerit. Hac eadem ille fratri, quemadmodum nunc ego uobis, dixit, se scilicet moriturus venire, quod mihi credere noluisse. Audietis praeterea ab his qui in Sicilia sunt, quod de exercitus conflictu praxidera. Et praeterea quidem ab his qui illa nouerunt, audire licet. Experiri uero demonij signum siquid forte dicat, et nunc possumus. In expeditione namque exijt Neonus Cali filius. Mihi autem signum adfuit, proficiscitur uero nunc cum Thrasilo aduersus Ephe sum & Ioniam militaturus. Ego autem illum existimo, uel interfectum iri, uel huiusmodi aliquid incursum, & de reliquo negotio uehementer metuo. Hac omnia ideo tibi dico, quia potestas omnis ad familiaritates cum his qui mecum sunt instituendas penes demonium est. Multis nam aduersatur, neq. licet his auxilium ferre, qui mecum inuito demone conuersantur: quare impossibile est mihi, cum his uiuere. Multis autem haerere non prohibet, sed consuetudine nostra nihil omnino inuuantur. Quibus autem fauerit in ipsa familiaritate potestas demonij, illi sunt de quibus illud aduertisti, breui enim proficiunt. Sed eorum partim hoc beneficium firmum habent atque durabile, plerique uero quo ad mecum sunt, mirifice pollent: at ubi discesserint, rursus nihil a ceteris differunt. Hoc quandoque accidit Aristidi Lysimachi filio, eius qui filius fuit Aristidis. Nam mecum comorans, breui multum profecit: postea uero in militiam profectus est, rediens deinde offendit apud me agentem Thucydidem Melisi filium: hic autem Thucydides praedixit mihi inter disputandum nescio qua de re obiecerat. Cum me salutasset, & quadam insuper collocutus esset Aristides, Thucydidem, inquit, o Socrates, audio gloriari, & in quibusdam tecum et concertare, tanquam aliquid sit. Est inquam, ut dicis. Tu ille, non meminit, inquit, antequam tibi adhereret, quale fuerit manscipium? Non uidetur inquam per deos. At ego, inquit ille, ridiculus sum. Quidnam maxime inquam? Quoniam priusquam hinc abirem, cum quouis disputare audebam, neque aliquo uidebar in differendo deterior, adeo ut ceteris praestantium uirorum audacter adire. Nunc autem contra, fugio quemcumque eruditum esse intellexi, adeo pudore abducor ob inscientiam. Vtrum igitur inquam enestigio te reliquit illa uis, an paulatim? Paulatim, inquit. Quando uero in te incesit, uerum accidit tibi aliquid a me disceri, an aliter? Dicam, o Socrates, rem quidem incredibilem, uera tamen. Nihil unquam a te, ut ipse scis, didici, proficiebam autem quotiescumque tecum essem, & si in eadem solum domo essem, non tamen in eadem parte domus, magis tamen quoties eadem in parte. Et mihi quidem uidebar multo magis, quando in eadem parte essem, aliquid te dicentem intuebar, quam cum alio essem auersus. Sed longe magis proficiebam, cum apud

te sedens, te tangebam. Nunc autem omnis habitus ille defluxit. Est igitur, o Theages, huiusmodi nostra consuetudo. Si enim Deo gratum est, permultum quidem & breui proficies: sin contra, minime. Vide igitur ne tibi tutius sit ab aliquo illorum erudiri, quibus in sua potestate sita est ueritas qua ceteris profunt, quam a me fortuna quadam id assequi. THE. Mihi quidem sic faciendum, Socrates, uidetur, ut consuetudine nostra de demonio intelligamus. Quod si nobis annuerit, recte omnia: sin minus, quid agendum sit consultabimus tu, alteri ne cuiquam adhaereamus, an hoc diuinum quod tibi institutum est, precibus & sacrificijs & alio quouis denique pacto, quo uates iubet, placemus. DEMOD. Nihil ad haec, o Socrates, huic adolescenti repugnes, bene n. dicit Theages. SOC. Atqui si uidetur oportere sic agere, sic agamus.

MENO, VEL,
DE VIRTUTE.
MARSILII FICINI
ARGUMENT.

QUATTUOR esse argumentationum genera, quibus Plato utitur, exemplum, inductionem, ratiocinationem, & enthymema, & quo pacto fiant, satis in Alcinoi compendio, quod & nos traduximus, declaratur. Vbi etiam tres Platoniorum dialogorum species inuenimus, & quibus argumentationibus in una quaque dialogi specie uti soleat. Aut enim solum inquirat, falsamque consutat dialogus, aut solum uera exponit ac docet, aut in utroque versatur. Primus inquisitiuus & contentiosus, Expositiuus alter, Postremus mixtus est dictus. Meno autem licet mixtus sit, maiori tamen ex parte contendit & consutat, & omnes argumentationes attingit. Ut nisi qui ex alijs Platonis dialogis, qui ad expositionem magis, quam ad disceptationem pertinent, sensa colligat, & Meno mihi adiciat, difficile summam disputationis huius elicere possit. Est autem haec, quid uirtus sit, & quomodo nobis adsit, inquirere. Id Socrates efficit, dum quatuor Menonis, Aristippi, Gorgiae, & Prodicij de uirtute definitiones consutat, & definitionem suam post illas inductam geminis obiectionibus retractat. Veritas quippe ex redargutione falsitatis elucet. Est autem hominis uirtus affectio, siue habitus animae, quo potentia naturalis eius, quam optime suum opus exercet, quae definitio in libro de Republica traditur. Opus cuiusque potentiae tunc optime exercetur, cum ad finem suum dirigitur. Quod ad finem confert, uile dicitur. Merito igitur in hac disputatione, commune uirtutis officium id esse traditur, ut & actio nes & ea quibus agendo utimur, uilia reddat. Illa itaque definitio huic dialogo consonat, cunctisque uirtutibus est communis. Uirtutum profecto species plures sunt, pro uirum animae & actuum diuersitate, in quibus una tamen quae dicta est communis uirtutis ratio semper inspicitur. Prima uis animae mens est, cuius actus est perpetua contemplatio ueritatis. Secunda ratio, cuius actus ueritatis inuestigatio. Tertia phantasia, cuius actus collectio eorum quae sensus eius nuncij porrigunt: perque illa discursus. Atque haec sunt uires animae, quae cognituae dicuntur. Restant tres aliae, quas appetitiuae uocant: Voluntas, & irascendi uis, & concupiscendi, Voluntatis actus, appetere quae mens & ratio porrigit. Irascibilis, aggredi quae ratio & phantasia proponit. Concupiscibilis actus, adfiscere quae phantasia sensusque obijciunt, sex insuper istis duae subiunguntur, mouendi & nutriendi uigor: sed haec cum superioribus, aut nihil, aut uix, & parum admodum in uirtute communicant. Affectio mentis quae contemplationem perficit, sapientia est, quae rationis indaginem, scientia atque prudentia. Scientia quidem indagacionem eorum quae natura facit, prudentia consultationem in uis quae nos agimus. Quae phantasia discursum opinio recta, quam sagacitatem quidam uocant. Instituta uoluntatem & liberalitates. Irascibilem fortitudo eiusque pedisequae. Concupiscibilem continentia simul & temperantia. His omnibus commune, ut quae debet earum sit: affectio actum potentiae naturalis perficiens, dum decorum reddat, & utile ad finem ultimum consequendum. Varias uero uirtutes diuerso modo habentur. Sapientia quidem natura, est enim eter-

Triu dialo-
gi officia.

Vires animae
cognituae.

Vires appetitiuae.

Vigores duo.

na rationum omnium in mente complexio, perpetuusque veritatis intuitus. Scientia per doctrinam philosophica quae reminiscuntiam praestat, acquiritur, dum ratio quae penas olim abiicit, ad mentem conuersa reminiscendo iterum alas recuperat. Prudentia doctrina simul & longo usu rerum aduenit. Recta opinio exemplis, auctoritate, inductione, sorte. Iustitia fortitudoque & temperantia, ceteraque morales virtutes prudentiae rectaeque opinionis legibus & exercitatione legitima perficiuntur. Unde duo haec moralium virtutum principia Plato posuit, prudentiam & rectam opinionem. Quamobrem prudentia saepe numero totius moralis virtutis apud Platonem nomen usurpat. Est & virtus quaedam ad rectam opinionem attinens, quae legitimi principes ac ciues, in agendo honesti, contemplationis tamen expertes bonum publicum curant, quam ciuilem peritiam nominat. Eamque Plato facultatem, & in Theaete, & in praesenti Menone, haud aliter, quam sorte diuina, dari ciuilibus hominibus disputat. Hac igitur stammula quis mentem Platonis in Menone colliget, & huiusmodi praemissa distinctione contradictiones renuet, obiectionesque vitabit. Disputationem vero illam de reminiscuntia geometricisque figuris in argumento tractare idcirco non placuit, quoniam non ut principalis, sed ut accessoria est inserta. Argumentum autem summam rei caputque requirit. Singula quippe discutere non argumenti, sed commentarii potius est officium.

MENO, SOCRATES, PVER, ANYTVS.



POTESNE mihi ostendere Socrates, doceri virtus possit, necne, an exercitatione potius acquiratur? Aut num fortasse nec doctrina, nec usu hominibus comparatur, sed ipsa natura, vel alio quopiam modo hominibus insit?

SOC. Haec enim o Meno Thessalici homines inter Gracos illustres, in equestri facultate, tu es diuitijs habiti sunt. Nunc aut, ut mihi videtur, sapientia quoque gloria consequentur, praesertim amici tui Aristippi Larissaei cocuius. Atque eius quidem rei autor vobis Gorgias extitit, qui in urbe vestra profectus amicos sibi ob sapientiam comparauit cum reliquis Thessalicorum optimates, tum maxime Alenadarum familia, ex qua amicus tuus Aristippus origine ducit. Quamobrem sic vos Gorgias affuecit, ut intrepide & alto animo interrogantibus respondeatis, quem admodum scientes decet. quippe & ipse concedebat Gracorum cuius rogare quicquid quisque vellet, ac singulis et respondebat. Nobis vero, o amice Meno, contrarium contigit: si quidem sapientia nostra quodammodo iam exarnit, atque ex his locis ad vos diuertisse videtur. Itaque si quem nostrorum hominum hoc pacto perconteris, nemo erit qui non rideat. O hospes forte tibi beatus quidam videor, quem nosse existimas, utrum doctrina, an alia quadam ratione virtus hominibus comparatur. Ego vero usque adeo ab hac cognitione abssum, ut nec quid ipsa sit virtus intelligam. Atqui ipse quoque, o Meno, sic affectus sum: in eadem quippe paupertate animi qua & cocuius mei, versor, ac me ipsum saepe accuso, ut pote quid sit virtus penitus ignoras. Cum vero quid sit nesciam, quoniam pacto qualis sit norim? Num tibi fieri posse videtur, ut qui nullo modo quis Meno sit, norit, virum bonum, diues, generosus, an contra sit norit? **MEN.** Mihi quidem nequaquam. **At vero ipse reuera, o Socrates, quid sit virtus ignoras? Ista de te domi renunciabimus?** **SOC.** Non id quod solum Meno domi dices, verum etiam quod nullum unquam, ut mihi quidem videtur, isthuc scientem nactus sim. **MEN.** Numquamne igitur Gorgiam cum hic comoraretur conuenisti? **SOC.** Equidem. **MEN.** An hac ignorare tibi visus est? **SOC.** Haud satis, o

Meno, memini, ideoque quid tui mihi visum fuerit, in praesentia referre nequeo. Sed forte & ille nouit, & tu quid ille docuerit, tenes: quare si placet, ipse dicas. Nam tibi forsitan cum illo conuenit. **MEN.** Conuenit equidem. **SOC.** Eum igitur cum absit, omittamus: ipse vero, o Meno dic per deos obsecro, quid esse virtutem existimes: dic inquam, nec inuideas, ut fortunati cuiusdam mendacij reddarguar: siquidem tu & Gorgias id nosse videamini, ego vero nemini unquam hoc scienti occurrisse dicam. **MEN.** At, o Socrates, nequaquam difficile est id dicere: & primo quidem si lubet, quod viri sit virtus. Haec plane est, ad ciuiliu rerum administrationem sufficientem esse, usque tractandis amicis inuare, inimicos ledere, nec non diligenter cauere nequid ipse tale aliquando patiatur. Quod si ulterius quod sit mulieris virtus nosse requiris, neque id arduum erit. Est enim mulieris virtus, domum recte gubernare, dum curat domestica, viroque obedit. Alia quoque virtus est pueri foeminaeque & masculi, & viri iam etate grauis: nec non liberi, si velis, alia, & alia serui. Atque alia permulta virtutes sunt. Quamobrem haud deest, quid de virtute dicamus. Enimvero in unaqueque actione atque etate ad unumquodque opus singulis hominibus virtus adest. Totidem praeterea & de vitio. o Socrates, ut arbitror, dici possent. **SOC.** Non parum in hac venatione fortunatus sum, o Meno: siquidem unam virtutem inuestigans, examen quoddam virtutum apud te habitantium reperi. Veruntamen, o Meno, si eadem examinis similitudine percontanti mihi, quod sit apud substantia, multiplices earum esse substantias respondisses, ego vero iterum te rogem, nunquid hoc quo apes sunt, an alio quopiam veluti pulchritudine, vel magnitudine, aut alio quopiam homini aptum substantias diuersas esse dicis, quid inquam, sic interroganti potissimum responderes? **MEN.** Quod eo quod apes sunt, minime differunt. **SOC.** Et si ego post haec rogem, quid ergo est, o Meno, quo nihil inter se differunt, sed idem sunt cunctae? habes quod respondeas? **MEN.** Habeo profecto. **SOC.** Eadem itaque ratione virtutes quae multa atque varia sunt, unam tamen speciem quandam in omnibus eandem habent qua virtutes existunt, in quam respicere decet eum qui responsurus sit interroganti cuiquam quid virtus sit. Tenes quid dicam? **MEN.** Intelligere videor, nondum tamen, ut vellem, quod quaris, plane comprehendo. **SOC.** Vtrum vero circa virtutem id solum, o Meno, tibi videtur, aliam quidem viri esse, aliam mulieris, & aliam reliquorum, an et circa sanitatem magnitudinemque, & robur eodem modo, ut alia quidem viri sanitas sit, mulieris alia? an potius eadem ubique sanitatis species est, si quidem sanitas sit, seu viro, siue mulieri, siue alteri cuiquam, ad sit? **MEN.** Eadem mihi sanitas & viri simul & mulieris esse videtur. **SOC.** Nonne igitur si quidem robusta sit foemina, eadem specie roboris robusta erit? Cum vero eandem dico, qua nihil differt, qua robur, ut robur sit intelligo, seu viro, seu mulieri insit, num tibi differre quicquam videtur? **MEN.** Minime. **SOC.** Ergo & virtus, ut virtus sit, differt iuuenem, aut senem, aut virum, aut foeminam ornet? **MEN.** Mihi quidem, o Socrates, hoc ceterorum simile nequaquam esse videtur. **SOC.** Nonne viri virtutem esse dixisti, recte Rempublicam gubernare, mulieris vero domum? **MEN.** Dixi equidem. **SOC.** An potest quisquam ciuitatem, vel domum, aut aliquid aliud recte disponere, nisi temperate

Prima virtus definitio mala.

Confutatio ex inducione.

Tergiuersio Socratis eo pertinet, ut iterroget ipse.

ala viri

ala viri

ala viri

ala viri

ala viri

rate siue prudenter ac iuste disponat? M. E. Non certe.
 S. O. C. Nonne si temperate iusteq; instituant, temperantia
 iustitiaq; instituent? M. E. Necesse est. S. O. C. Vtrisque igitur
 tam vir, quam mulier indiget, si boni futuri sint,
 temperantia. s. atque iustitia. M. E. Apparet. S. O. C. Quid
 vero puer ac senex quatenus intemperati et iniusti sunt,
 num boni fient? M. E. Nequaquam. S. O. C. At dum tem-
 perati & iusti. M. E. Ita. S. O. C. Vniuersi igitur homines
 eadem ratione boni fiunt, nam eorundem participatione boni
 semper efficiuntur. M. E. Videtur. S. O. C. Nunquam eadem
 ratione boni sint, ni illorum virtus sit eadem? M. E. Nun-
 quam. S. O. C. Quoniam ergo eadem virtus est omnium,
 conare in memoriam reducere, quidnam hoc esse Gorgias
 dixerit, ac tu una consenseris. M. E. Quidnam aliud quam
 praesse hominibus posse? si quid unum in omnibus exigis. S. O. C.
 Requiro equidem, ut amen eademne pueri & serui vir-
 tus erit, o Meno, praesse posse domino, ac videtur tibi
 etiam tum seruus esse, cum imperat? M. E. Haud certe
 mihi videtur, o Socrates. S. O. C. Neque. nisi huc optime
 vir fas esset: sed hoc rursus considera, utrum domina-
 ri posse aliquem putas, si iuste praesse dicamus: iniuste
 vero, nequaquam. M. E. Puto equidem, iustitia. n. vir-
 tus est. S. O. C. Vtrum virtus, o Meno, an virtus qua-
 dam? M. E. Quo pacto id ais? S. O. C. Quomodo de
 quouis alio. Ut ecce de rotunditate figuram quandam esse
 dicerem, non simpliciter figuram, ob eam sane causam
 ita loquerer, quia alia quoque figura praeter rotunditatem
 sunt. M. E. Recte inquis. Atqui et ipse non iustitiam ta-
 tum, verum alias quoque virtutes esse dico. S. O. C. At
 quas dicis alias, explica obsecro. Equidem si me de alijs
 figuris interrogasses, utique respondiissem: itaque tu quae
 sint aliae virtutes, ostende. M. E. Fortitudo, temperantia,
 sapientia, magnificentia, ceteraq; permulta. S. O. C. In
 idem recidimus. Multas rursus virtutes, dum queri-
 mus unam, inuenimus, sed alio pacto: unam vero qua
 per omnes diffunditur, reperire nequimus. M. E. Nondum
 queo, o Socrates, quod quaeris, unam in omnibus virtute
 quemadmodum in ceteris assequi. S. O. C. Non ab re qui-
 dem: at ego si modo potero, perducere nos conabor. Vi-
 desne sic in cunctis contingere, si quis a te petat idem
 quod modo dicebam, quid figura sit, ac tu quod sit ro-
 tunditas responderes: & ille tibi quaerit & ego inferret,
 utrum rotunditas sit figura, an figura quaedam, an no
 illi diceret figuram quandam esse? M. E. Prorsus. S. O. C.
 Nonne ob id quod alia quoque figurae sunt? M. E. Ita.
 S. O. C. Quod si quales illae sint quaeratur, euestigio respon-
 debis? M. E. Equidem. S. O. C. Quinetiam si de colore si-
 militer quid sit quaeratur, & tu quod albedo sit dicas, ac
 ille sic deinde roget, utrum albedo color sit, an color
 quidam, inferresne colorem quandam ob hoc esse, quod
 alij quoque colores reperiuntur? M. E. Maxime. S. O. C. Si
 iterum colores ceteros referre iusserit, narrabis utique et
 alios multos, qui nihilominus quam albedo colores sint?
 M. E. Narrabo. S. O. C. Quid si ille sic, ut ego nunc, sermo-
 ne progrediatur, dicatq; quod in multa semper recida-
 mus, quod ille fieri nequaquam permittat: cumq; haec
 multa uno nomine nuncupes, dicatq; oia figuram esse, in-
 ter se contraria sint licet: hoc autem quod non minus rotun-
 dum contineat, quam rectum, quam quidem figuram nomi-
 nas, & nihilo magis rotundum quam rectum figuram esse

tu dicis, an sic dicis? M. E. Sic plane. S. O. C. Cum ita di-
 cas, inquam, nunquid rotundum magis rotundum, quam
 rectum, aut rectum magis rectum, quam rotundum esse di-
 cis? M. E. Non certe, o Socrates. S. O. C. Verum amen asseris
 rotundum nihil magis figuram esse, quam rectum, neq;
 rectum magis quam rotundum. M. E. Vera narras. S. O. C.
 Quid igitur est, cui figura competit? declarare enitere.
 Si itaq; sic percontanti de figura siue colore, te nequaquam
 intelligere quid ipse velit, respondeas, vehementer admire-
 tur arbitror, ac dicat, an non intelligis, quod in ijs omnibus
 idem quo? Non habebas, o Meno, quod dicas, si quis quaerat
 quid in rotundo sit ac recto, & ceteris quas figuras ap-
 pellas, in omnibus idem? Explica quae, ut hoc pacto ad dispu-
 tationem virtutis te pares. M. E. Nequaquam, sed ipse, o So-
 crates, ediffere. S. O. C. Visne tibi gratificer? M. E. Oino.
 S. O. C. Vis tu contra virtutis rationem deinde soluere? M. E.
 Equidem. S. O. C. Expediendum iam est, decet. n. M. E. Et
 maxime quidem. S. O. C. Age experiamur quid figura
 sit exprimere, et vide utrum istud admittas. Esto itaq;
 id nobis figura, quod solum ex omnibus semper colorem se-
 quitur. Satisne tibi hoc est, an forte aliud exigis? Ego
 n. sat habeam, si mihi posthac virtutem ipsam ostendas.
 M. E. At istud absurdum quiddam est, o Socrates. S. O. C.
 Quamobrem? M. E. Quoniam figura secundum rationem
 tuam est, quae semper colorem sequitur. Si ergo colorem
 quis nescire negaret, eodem modo quo circa figuram dubi-
 tans, quid illi potissimum responderes? S. O. C. Vera equidem.
 Nam si qui rogat sapientium illorum & contentiosorum ac
 litigantium aliquis sit, respondeat utiq; me dixisse, quod
 si minus recte dixi, ad te nunc attinet respondere, ac mea
 dicta refutare. Sin autem quemadmodum nos sumus, illi a-
 mici sint, velintq; tantum disputare, decet profecto mi-
 tius, & magis dialectico more respondere. est autem diale-
 cticum magis, non modo verum proferre, sed ijs illud roni-
 bus approbare, quos & ille qui rogat, plane se nosse fa-
 teatur. Hoc itaq; more nunc tecum differendo uti conabor.
 Dic ergo, num finem appellas terminum quandam, atq;
 extremum? Haec. n. oia velut idem profero, forte vero
 Prodicus ijs tanquam differentibus uteretur. Tu autem num
 dicis terminari aliquid atq; finiri? nihil quippe diner-
 sum ijs verbis intelligo. M. E. Dico sane, & quod ais, in-
 telligere arbitror. S. O. C. Et planum aliquid vocas, &
 solidum aliud, cuiusmodi quae in Geometria tractantur?
 M. E. Puto equidem. S. O. C. Iam igitur quid figuram esse
 dicam, ex ijs percipies. in omnibus quippe figura id assero, fi-
 guram esse id in quod solidum definit. Atque ut sum-
 matim dicam, figuram appello solidi terminum. M. E.
 Colorem vero quid vocas, o Socrates? S. O. C. Procax ni-
 mium es, o Meno: homini iam seni onus imponis, ac re-
 spondere tibi iubes: ipse autem memor quid Gorgias vir-
 tutem esse dixerit, definire minimo vis. M. E. At post-
 quam tu mihi hoc declaraueris, o Socrates, tibi illud re-
 feram. S. O. C. Etiam absconditus hic aliquis, & loquen-
 tem tantummodo te audiens, intelligat, pulchrum esse
 te & amatoribus non carentem. M. E. Quid ita? S. O. C.
 Quod nihil quam continuo in sermone imperitus, quod
 facere delicati isti & forma fiducia adhuc tyrannide
 exercentes solent. Simul ita de me statuis forsitan, in-
 feriozem elegantibus illis esse: gratificabor itaque tibi,
 & respondebo. M. E. Gratificare obsecro. S. O. C. Vis
 ne tibi

Secunda de
finitio mala

Consultatio.

Transfertur
disputatio
ad figuram
ut ad euide-
tius.

Modus di-
sputandi co-
tentiosorum at
que acer.

Modus di-
sputandi dia-
lecticus mi-
tis.

Huius defini-
tionis col-
lectio, quia
est ab inter-
rogatis, est
nam si esset
a sensibilib.
esset analo-
gica.

Definitio
dialectica,
figura est so-
lidi termi-
nus.

ne tibi secundum Gorgiam respondeam? sic maxime as-
sentieris? ME. Quid ni velim? SOC. Nonne defluxus
quidam secundum Empedoclem a rebus manare dicun-
tur? ME. Et maxime quidem. SOC. Ac poro, id est
meatus in quos & per quos etiam defluxus hmoi ma-
nant? ME. Omnino. SOC. Ex defluxibus aut quosdam
poris quibusdam congruere, quosdam minores, aut maiores
esse? ME. Sic est. SOC. Nunquid & visum aliquid vo-
cas? ME. Voco. SOC. Ex ista tam quid velim, ut ait Pin-
darus, accipe. Est enim color defluxus quidam reru, vi-
sui congruens atq; sensibilis. ME. Optime mihi, o Socra-
tes, respondisse videris. SOC. Fortè quia que solitus es
audire, nunc responsum est tibi, & simul aduertis, quod
ex hac responsione facile et definire queas, quid sapor, quid
vox, quid odor sit, ceteraq; hmoi plurima. ME. Protinus.
SOC. Atque tragica, o Meno, ista responsio est: ideoq;
tibi magis quam figura definitio placet. ME. Mihi ve-
ra. SOC. At mihi quidè o Alexidemi filii, minime per-
suadeo: est enim illa altera melior, ac puto neq; tibi ista
placebit, nisi forsàn quod heri dicebas, mysterijs nondum
absolutis abire vis: sed mane, atq; hic mysterijs initiare.
ME. Manere o Socrates, si hmoi multa inculcares. SOC.
Nihil utiq; pretermitta, quin talia quedam & tui si-
mil & mei gratia dicam. Vereor tamen ne minus pos-
sim hmoi plurima dicere. Ceterum iam ad promissa ser-
uanda nobis accingere, ac in coe quid virtus sit, expri-
me, nec ut fecisti haetenus, vnum in multa discerpas,
quod rari in eos solet, qui idè ubiq; inculcant: sed inte-
gram atq; sanã: dic tandem quid virtus sit. exempla ve-
rò loquendi a me accepisti. ME. Videtur mihi o Socrates,
virtus esse, ut Poeta inquit, gaudere honestis ac posse.
Atq; ego id ipsum virtutè voco, honesta quidè appetere,
eaq; consequi posse. SOC. Nū honesta cupientè, bona cu-
pere dicis? ME. Oï no. SOC. Nunquid ita loqueris, quasi
sint nonnulli qui bona cupiãt, quidã verò qui mala? ME.
Imò. SOC. Non oēs igitur, o optime vir, bona tibi ap-
petere videntur? ME. Mihi nequaquam. SOC. Quidnam
itaq; mala? ME. Ita. SOC. An ita dicis, quasi qua
mala sint, bona esse opinentur, aut et noscentes quod ma-
la sint, nihilominus illa cupiant? ME. Vtrung; aio. SOC.
An censes aliquem cognoscentè mala quod mala sint, il-
la tamen appetere? ME. Arbitror. SOC. Quid autè
exoptare hunc dicis? Nū hac sibi adesse? ME. Adesse
sanè. nã quid aliud optet? SOC. Vtrū qui mala deside-
rat, mala esse cognosces, prodesse cū adsint, existimat?
an vñquodq; potius sua presentia ledere? ME. Sūt cer-
tè, qui mala prodesse putent, nec desunt qui obesse co-
gnoscat. SOC. Videtur tibi mala nosse quod mala sint,
qui mala prodesse cuiquam opinantur? ME. Haud sanè
id mihi videtur. SOC. Ex ista igitur patet eos non ap-
petere mala, qui illa minime norint, sed illa potius qua
bona esse putauerint, cum tamè mala sint. Quapropter
ignorantes illa, bonaq; existimantes, perspicuū est bona
potius exoptare. An non? ME. Sic isti se habere viden-
tur. SOC. At verò qui mala quidem affectant, ut
ipse inquit: eaq; cuiung; accidunt, obesse censent: no-
runtne quod illorū presentia ledetur? ME. Necessario se-
quitur. SOC. Quid verò laesos hoēs, nonne isti miseros
esse quatenus laesi sunt, opinantur? ME. Hoc quoq; ne-
cessarium. SOC. Miseros autem nonne infelices? ME.

Reor equidem. SOC. Est ne aliquis qui miser & infelix
esse velit? ME. Non videtur. SOC. Nemo igitur mala
vult, si quidem talis esse minime velit. Nã quid aliud
est esse miserum, quam cupere mala, in eaq; incurrere?
ME. Vera loqui uideris o Socrates: nemo enim vult ma-
la. SOC. Nonne paulo antè dixisti virtutè esse bona vel-
le, ac posse? ME. Dixi equidè. SOC. An nō ex eo quod
dictum est, voluntas quidem ipsa oibus adest, atq; hac
ratione alius alio melior non est? ME. Apparet. SOC.
Ergo si quidem est alius alio melior, nec id secundū vo-
luntatem, sequitur ut secundum potentiam sit melior.
ME. Sequitur. SOC. Secundum igitur rationè tuã, hoc
est virtus, honorū comparandorū potestas. ME. Sic pror-
sus se habere videtur, ut nunc accipis. SOC. Animad-
uertamus posthac, vtrum id verè asseras necne: fortè n.
bene loqueris. Dic igitur, bona vendicare posse, virtutè
esse dicis? ME. Istud ipsum. SOC. Bona verò nonne hac
vocas, cetera sanitate, diuitias aurumq; & argentū plu-
rimum possidere, honoribus praeterca & magistratibus i
Repub. fungi? nū alia quedam praeter ista bona nuncie-
pas? ME. Nequaquam, sed oia bona hmoi esse dico. SOC.
Eia, aurum atq; argentum acquirere virtus est, ut in-
quit Meno, magni regis patrius hospes. Vtrū verò addis
huic lucro o Meno iuste ac sanctè lucrari? an nihil inter-
est, sed et si iniuste quis ista possidet, nihilominus qstum
hmoi virtutè uocas? ME. Nequaquam o Socrates, sed vi-
tium. SOC. Oïno igitur, ut videtur, huic possessioni,
iustitiae, vel reuerentiae, vel sanctitatis, aut alterius vir-
tutis presentia opus est. Alioquin virtus minime erit,
quãuis bona sibi vendicet. ME. Quis enim sine ista virtus
existat? SOC. At non suppeditare aurū & argentum,
quando minime iustum sit, aut sibi, aut alteri, neq; et
virtus est hac egestas? ME. Videtur. SOC. Nihil ma-
gis igitur horū bonorū copia virtus erit, quam inopia.
Vtrū ut videtur, quodcumq; cū iustitia sit, virtus est:
quod aut absq; illa eiusq; similibus, prauitas. ME. Vide-
tur mihi necessarium esse quod dicis. SOC. Nonne vñ-
quodq; horū paulo antè virtutis partem esse diximus, iu-
stitiam & temperantiã, ceteraq; hmoi? ME. Diximus
planè. SOC. Siccinè, o Meno, me deludis? ME. Quor-
sum hac o Socrates? SOC. Quoniam cum te orassem ne
amplius virtutè discerperes, & exempla respondendi de-
dissem, hoc neglecto virtutè esse dicis, bona cū iustitia
comparare posse, iustitiam verò virtutis partem esse con-
fessus es. ME. Sic est. SOC. Nōne efficitur ex ista qua
iam concessisti, virtutè esse agere cū parte virtutis, quic-
quid agitur? iustitiam enim & hmoi singula virtutis
particulas confiteris. ME. Quid tum? SOC. Quia cum
rogassem ut totam ipsam virtutem ostenderes, quid ipsa
sit, nullo modo explicuisti: oem verò actionem quaecumq;
cum parte virtutis sit, virtutem esse dixisti, quasi quid
tota virtus sit, summam pradiixeris, atq; ipse intelli-
gere tum queam, si abs te in particulas diuidatur. Ea-
dem igitur questio rursum, o Meno, tibi suboritur, quid
virtus sit, si quidem omnis actio cum virtutis parte sit
virtus. Id namq; tunc dicitur, cum omnis actio cum iu-
stitia virtus esse definitur. An non eadem iterum qua-
estione opus esse vides? Num putas quempiam virtutis
partem aliquam nosse, qui totius naturã minime norit?
ME. Non videtur. SOC. Si enim memineris q in superio-

Coloris defi-
nitio, secun-
dū Gorgiã,
dialectica.

Illam melior,
quod analy-
tica vice vic-
mor.

Tertia vir-
tutis defini-
tio mala.
Quarta do-
finitio.

Confutatio
quartae defi-
nitionis.

Que me-
dia sunt in-
ter mala, et
bona, ea nō
esse bona, ni-
si virtus ad-
sit.

ribus


ribus de figura tibi respondi, reieciimus utique respon-
 sionem illam qua per ea fit quibus vltiori probatione opus
 est, necdum rata habentur. M. E. Et merito quidem reieci-
 mus, s. o. c. Neg. tu igitur o vir optime, cum quaeritur,
 quid ipsa in vniuersum, ac tota sit virtus, partes re-
 spondens eam quaerentibus patefacias, neq. aliud quicquam
 eodem modo respondens, sed rursus eadem interrogatione
 opus erit, quidnam virtus sit, qua subiecta ista dicitur.
 Num aliquid tibi dicere videor? M. E. Mihi quidem pro-
 be loqui videris. s. o. c. Responde itaque iterum a princi-
 pio, quid esse virtutem & tu & amicus ille tuus assen-
 tis. M. E. Audieram equidem o Socrates, antequam te allo-
 querer, morem esse tuum nihil aliud quam dubitare, &
 alijs scrupulos dubitationum inijcere. Et nunc quidem,
 ut mihi videris, me prestigijs, & veneficij incanta-
 tionibusq. perturbas, adeo ut ambiguitatis sim plenus.
 Ac mihi videris o no, si tamen te iocando mordere ali-
 quantulum decet, quam similitimus esse tum forma, tum
 ceteris oibus latissimo illi pisci marino qui Torpedo dici-
 tur: ille siquidem hominem sibi propinquantem, tangen-
 temq. stupidum reddit. Tu quoq. nunc me stupefacis. Re-
 uera enim & animu simul & os stupidum habeo, hesi-
 tog, nec quid tibi respondeam, inuenio, quanquam de-
 cius milles iam de virtute & multa & aduersus quam
 plurimos, ut mihi visus sum quam optime disputauit. At
 in praesentia nec est quid ipsa sit virtus proferre vilo pacto
 valeo. Itaq. caute tibi consuluisse te cenfeo, quod nunquam
 alio peregrinaris. Nam si aduena in aliena vrbe haec age-
 res, ut pote prestigiator quidam atque veneficus, supplicio
 forsitan afficereris. s. o. c. Callidus es o Mene, ac me pro-
 pe modum nunc decepisti. M. E. Quamobrem o Socrates?
 s. o. c. Video enim iam quam ob causam hac imagine me
 depingas: qua alia de causa: nisi ut ipse quoq. te contra
 depingam? Viri enim honesto habitu praediti cum effin-
 guntur, delectari solent, illud quippe conducit. honesto-
 rum enim honesta sunt & imagines. At ego personam
 tuam minime effingam. Equidem si piscis ille stupidus
 ipse alios reddit stupidos, ei sum persimilis, secus autem
 minime. Neq. enim sacundus ipse, ceteros turbare com-
 pello, sed maxime omnium dubitans ego, dubitare alios
 quoq. facio. Etenim in praesentia, quid virtus sit, haud
 certe noui, tu tamen forte priusquam mihi occurrebas, no-
 ueras, nunc vero stupido mihi similis euasisti. Veruntame-
 men vna tecum rem discutere hanc instituti, quidne sit
 virtus inuestigare. M. E. At quo tramite id inuestiga-
 bis o Socrates, quod quidem o no quid sit ignoras? Qua-
 le. n. tibi proponens, id quod ignoras inquires? Aut etia
 si in illud incidas, quoniam signo id quod ignoraueras, ef-
 se illud agnosces? s. o. c. Intellego quid velis o Mene.
 At tu animaduertisne, quam peruicacem argumenta-
 tionem in medium adduxisti? quod videlicet homo, neq.
 quod nouit, neq. quod ignorat, inquirat. Nam si noscit,
 nulla inquisitione opus est. Sed neq. quod nescit inuestiga-
 bit: non enim nouit quid quaerat. M. E. Nonne recte in-
 duci, o Socrates, hanc rationem existimas? s. o. c. Ne-
 quaquam. M. E. Potes dicere cur tibi non placeat? s. o. c.
 Possum. id enim a viris ac mulieribus diuinarum reru
 peritis quandoque percepi. M. E. Quis istorum sermo?
 s. o. c. Verus, ut mihi videtur, atq. praeclarus. M. E.
 Quis inquam iste? & quinam testantur? s. o. c. Qui

hoc asserunt, sancti viri sunt, ac sancta etiam mulie-
 res, quibuscunq. cura extitit, ut eorum qua profitentur
 ronem reddere possent. Tradit praeterea Pindarus, &
 ceteri quicunq. Poetarum diuini sunt, talia quaedam:
 qua aduerte quaeso, num vera tibi videantur. Ferunt
 enim hois animum immortalē esse, eumq. tum decede-
 re, quod quidem mori vocant, tum iterum redire, inte-
 rive vero nunquam. Quam ob causam vitam quam san-
 ctissime agere monent. Quicunq. enim poenas antiquae
 miseria. Proserpina iam dederunt, ijs illa ad supernum
 solem nono anno rursus animam reddit, quousq. in reges
 gloria, sagacitate, sapientiaq. praestantes euadant. Re-
 liquum aut tempus sancti heroes inter homines vocan-
 tur. Cum ergo aius immortalis sit, ac sapius in hanc vi-
 tam redierit, videritq. persape & qua in hac, & qua in
 alia vita sunt, omniaq. perceperit, nihil utiq. restat,
 quin ipse didicerit. Quamobrem nihil mirum est, si eorum
 qua ad virtutem & ad alia pertinent, reminisci possit,
 quippe cu olim illa cognouerit. Cum enim tota natura co-
 gnata sit, ac sibimet consona, & aius cuncta didicerit,
 nihil prohibet hominem unius cuiusdam reminiscentem,
 quam disciplinam vocant, reliqua oia recuperare, si quis
 adeo constans sit, ut quaerendo minime fatigetur. Qua-
 rare igitur ac discere reminiscencia est. Quapropter liti-
 giosa illi argumentationi nequaquam credere decet, pigros
 enim nos quodammodo redderet. Ea quoq. mollioribus homi-
 nibus mirifice placet. Ratio aut nostra solertes rerum in-
 uestigatores efficit, qua ipse utpote vera fretus, vna te
 cu quid sit virtus perscrutari desidero. M. E. Imo o So-
 crates. sed num absolute id asseris, nos minime discere?
 quam disciplinam vocamus reminiscentiam esse? potes-
 ne hoc ita esse me docere? s. o. c. In superioribus quoque o
 Mene te callidum esse dixi, & nunc rogas vtrum docere
 te possim, cu ante nullam esse disciplinam, sed reminis-
 centiam asseruerim, ut inuestigio mihi ipsi repugnare vi-
 dear. M. E. Per Iouem, o Socrates, no hoc instituebā, sed
 consuetudine potius quadā ita locutus sum. Quod si qua
 ratione illud mihi ostendere potes, ostende obsecro. s. o. c.
 Haud quaquam facile est, tui tamen gratia conabor. Ve-
 rum huc ad me vnum aliquem istorum qui te sequuntur,
 accersere, ut in eo demonstrationem hanc experiamur. M. E.
 Libenter. heus tu huc ades. s. o. c. Graciusne est? & Gra-
 ce loquitur? M. E. Et Gracius est, & in domo mea geni-
 tus atq. educatur. s. o. c. Attēde igitur nu illi in memo-
 riam reducam, an doceam. M. E. Attēdam certe. s. o. c.
 Dic age o puer, cognoscisne hoc tale spa-
 tiu quadrangulum esse? P. Equidem.
 s. o. c. Habētne quadrangulus has oēs
 quattuor lineas equales? P. Habet.
 s. o. c. An non et istas qua per medium
 protrahuntur, aequales habet? P. Et
 istas. s. o. c. Nonne et maior et minor esse
 pot. P. Potest. s. o. c. Si ergo sit hoc la-
 tus duoru pedum, et istud quoq. duoru,
 quot pedum totum ipsum erit? Sic aut
 considera, si latus hoc duorum esset pedum, illud vero
 vnus, essetne plusquam semel duorum pedu hoc spatium?
 P. Semel. s. o. c. Quonia vero alterum quoq. latus duo-
 rum pedum est, nu aliud quam bis duorum pedum sit?
 P. Ist huc ipsum. s. o. c. Duoru ergo bis pedum efficitur.

Pindari & duorum poetarum sententia de anima immortalitate.

Quae disciplina secundum illos. Quae reminiscencia est.

Ostensio Socratis, disciplinam esse reminiscentiam.




Relaxatio disputatio nis a moribus disputati di Socratis.


Menonis ambiguitas circa inquisitione eius quod nescitur.

P. V. Ita.

PV. Ita. SOC. Quoniam sunt bis duo pedes? computa,
 PV. Quattuor. SOC. An non fieri potest spatium aliud
 ad hoc duplum, habens similiter oēs aequales lineas quem-
 admodum istud habere uides? Prorsus. SOC. Quot pedū
 erit? PV. Octo. SOC. Age iam conare mihi dicere, qua-
 lis est qualibet illius linea: huius siquidem duorū pedum.
 linea vero illius dupli, qualis? PV. Patet, dō Socrates, es
 se duplam. SOC. Cernis, dō Meno, me nihil ex his docere,
 sed singula potius interrogare? Et nunc iste nosse se pu-
 tat, qualis ea sit a qua spatium octo pedū conficitur. An
 non tibi uidetur? ME. Mihi quidem. SOC. Nouit igitur.
 ME. Minime. SOC. Putat autē a dupla. ME. Ita. SOC.
 Affice demceps hunc per ordinem ut oportet reminiscen-
 tem. Tu autē dic amabo, a dupla linea duplum spatium
 nasci fateris? tale profecto dico, quod non hac longum,
 illa breue, sed aequale undiq; quemadmodum istud: du-
 plum vero istius, octo pedum. sed inspicie an tibi adhuc




a dupla fieri uideatur.
 PV. Mihi plane. SOC. Nonne huius dupla hac
 fit, si alia aequalem huic
 adiciamus? PV. Prorsus.
 SOC. Ab hac fore dicis
 octo pedū spatium, si qui-
 dem quattuor huic aqua-
 les efficiantur? PV. Sio.
 SOC. Describamus iterū
 igitur ab hac aequales
 quattuor, aliū dñe quā quod octo pedum uocas, suborietur?
 PV. Hoc ipsum. SOC. Nōne in ipso sunt hęc quat-
 tuor, quorū quodlibet isti quadrupedali aequale est? PV.
 Certe. SOC. Quantū itaq; fit? an non quater tantum?
 PV. Quidni? SOC. Num duplū est id quod quater tan-
 tum? PV. Non per Ituem. SOC. At quotuplum? PV.
 Quadruplum. SOC. A dupla ergo, dō Puer, non duplū,
 sed quadruplum spatium procreatur. PV. Vera loqueris.
 SOC. Quater. n. quattuor sex & decem complent, nōne?
 PV. Sic est. SOC. Octo pedum autē spatium a qua linea?
 nōne ab hac quadruplum? PV. Fateor. SOC. Quartū
 vero hoc ab hac dimidia? PV. Ita. SOC. Age igitur octo
 pedum nōne huius duplum est, illius vero dimidium? PV.
 Imo. SOC. An non erit ergo a maiori lineā quā hac
 tāta, & a minori quā illa tāta? PV. Mihi quidem
 uidetur. SOC. Sic utiq; recte loqueris, quod enim tibi ui-
 detur, id responde, ac mihi dicas, hęc ne duorum pedum,
 illa quattuor? PV. Ita. SOC. Oportet itaq; octo pedum
 spatij lineam maiorem esse lineā spatij bipedalis, minore
 vero quadrupedalis lineā. PV. Oportet. SOC. Annitere
 ut nobis qualis sit dicas. PV. Tripedalis. SOC. Nōne si
 tripedalis est, dimidium huius assumemus, eritq; tripe-
 dalis? Duo namq; q; is autē unus:
 & hinc eodem modo, duo quidē
 isti, iste autē unus: fitq; hoc quod
 ais spatium. PV. Ita. SOC.
 Non ne si hac trium est, & illa
 trium, totum utiq; spatium ter-
 trium pedum conficitur? PV. Ap-
 paret. SOC. Ter vero tres, quot pedes sunt? PV. Nouem.
 SOC. Duplum autē quot pedum esse suprā oportuit? PV.
 Octo, SOC. Non ergo a tripedali spatium octo pedū exo-




ritur. PV. Non profecto. SOC. A quali igitur conare no-
 bis liquido exprimere: quod nisi numerare uelis, saltem
 a quali demonstra. PV. Per Ituem dō Socrates haud noui.
 SOC. Aduertis iterum, dō Meno, quo sit reminiscendo iam
 progressus. Nam ab ipso principio disputandi nequaquam
 nouerat qua sit octo pedum spatij linea, quemadmodum
 nec in presentia nouit: uerum tunc se nosse illam opina-
 batur, & audacter nimium quasi sciens respondebat,
 nec deesse sibi quicquam putabat: nunc autem agere se
 iam existimat, & tu ignorat, sic se ignorare fatetur.
 ME. Vera dicis. SOC. Nonne rectius nunc
 ad id quod ignorat affectus est? ME. Hoc
 quoque arbitror. SOC. Cum ergo ambige-
 re ipsum compulerim, & piseis illius mo-
 re stupidum fecerim, num aliquid ob-
 fuit? ME. Non ut mihi uidetur. SOC.
 Operaprecium itaque fecimus ad uerita-
 tem inueniendam: nunc enim ut pōe igno-
 rantia sua conscius libenter & sponte per-
 quirere: at tunc sine controversia, et sepe,
 et aduersus quā plurimos loqui se recte
 arbitrabatur, dum spatium duplum, du-
 plam longitudine lineam habere oportere
 profiteretur. ME. Videtur. SOC. Num cen-
 ses ipsum studuisse unquam, ut id uel in-
 ueniret, uel disceret, quod cum ignoraret,
 nossebat: priusquam in hac ambiguita-
 tem incideret, qua et suam ignorantia re-
 deprehendit, et scientiam appetere cepit?
 ME. Nequaquam, dō Socrates. SOC. Pro-
 fuit igitur sibi stupor eiusmodi. ME. Vide-
 tur. SOC. Considera itaque ex hac am-
 biguitate, quod iste unā mecum inue-
 stigans nihil me docente, sed potius interrogante repe-
 rit. Obserua obsecro diligenter, num hunc docere aut ei
 demonstrare quicquam uidear potius quā eiusmodi opi-
 niones per singula elicere. Tu enim dic, hōcne spatium
 quadrupedale est? Intellexit. PV. Equidem. SOC. Num
 & hoc aliud aequale isti apponere licet? PV. Licet. SOC.
 Et tertium istud utriq; istorū aequale? PV. Et istud. SOC.
 Nōne hoc quod in angulo est complere licet? PV. Prorsus.
 SOC. Hęc inde aequalia spacia quattuor nascerentur? PV.
 Ita. SOC. Totum igitur hoc quotuplū ad istud efficitur?
 PV. Quadruplum. SOC. Oportebat autē duplum nobis
 contingere, nū recordaris? PV. Maxime. SOC. Nōne
 hęc lineā ab angulo in angulū aliquem porrecta, in duo
 utrunq; spatium diuidit? PV. Ita. SOC. Ergo quattuor
 hęc lineę aequales sunt, id spatium cōprehendentes? PV.
 Fiunt. SOC. Considera itaq; quale est id spatij. PV. Haud
 intelligo. SOC. Nōne cum hac quattuor sint, dimidium
 cuiusq; lineę quęq; secat intrinsecus? PV. Secat. SOC.
 Quot igitur tantā in hoc sunt? PV. Quattuor. SOC. Quot
 autē in isto? PV. Duo. SOC. At quattuor ad duo quotupla
 sunt? PV. Dupla. SOC. Hoc itaq; quot pedū fit? PV. Octo.
 SOC. A qua potissimū lineā? PV. Ab hac. SOC. Ab eāne,
 quā quattuor pedū est, ab angulo protracta in angulū?
 PV. Ita. SOC. Hęc vero diametru sophista nuncupant: et
 si huic nomē est diametru, a diametro, ut ipse ais, dō Puer,
 duplum spatij nasceretur. PV. Prorsus, dō Socrates. SOC.
 Quid tibi Meno uidetur: responditne hic unquam ex
 alterius

Quam de ignorantia ad dubitationem accesserit quis tunc melius affectus est. Ab insistantis quis excutatur, ut ignorantiam suam amaduerna.



alterius quam suspensus opinione? M.E. Nunquam, sed ex propria semper. S.O.C. Veruntamen haud nouit, ut paulo ante confessi sumus. M.E. Vera loqueris. S.O.C. Inerant igitur huic opiniones huiusmodi. M.E. Inerant. S.O.C. Huic igitur ignorant opiniones de ijs quae ignorat vera insunt. M.E. Apparet. S.O.C. Nunc igitur huic opiniones tales quasi per somnium suscitatae sunt, quod si quis interroget hunc talia quadam saepe & multa, certo scies hunc ista, si quis alius nouit, perfecte cogniturum. M.E. Videtur. S.O.C. Nonne igitur nemine prorsus docente, sed interrogante potius ista sciet ex seipso scientiam ad se reuocans? M.E. Sic est. S.O.C. Recuperare vero scientiam in seipso, an non reminisci dicitur? M.E. Prorsus. S.O.C. At vero scientiam quam hic nunc habet, aut accepit aliquando, aut semper habuit. M.E. Verum. S.O.C. Et si habuit semper, sciens semper exiit, sin quandoque percepit, hac in vita nequaquam. nemo enim hunc geometrica docuit, cum in ceteris omnibus quacumque vel ad geometriam, vel ad alias disciplinas pertinent, hac eadem sit facturus. Est ne aliquis a quo hic illa omnia didicerit? Verisimile est te illum cognoscere, praesertim cum penes te & natus & nutritus fuerit. M.E. Ego vero certus sum quod hunc quidem nemo docuit unquam? S.O.C. Hasne opiniones habet? M.E. Necessarium, o Socrates, id apparet. S.O.C. Sin autem utpote in praesenti vita minime adeptus, haud nouit, patet eum alio quodam in tempore habuisse, atque didicisse. M.E. Apparet. S.O.C. An non tempus iam fuit, cum nondum homo hic erat? M.E. Istihic ipsum. S.O.C. Ergo si quando tempus sit in quo homo non sit, inerunt tamen ipsi opiniones verae, quae sciendo expergefactae, scientiae fiunt, certe per omne tempus hac hominis animus sciet. nam omne per tempus, aut est, aut non est homo. M.E. Videtur. S.O.C. Nonne igitur si semper rerum omnium veritas in aeo est, immortalis exiit? Quamobrem audacter & magna fiducia oportet, quae in praesentia minime scimus, hoc est minime recordamur, ut reminiscamur inquirere. M.E. Bene mihi nescio quo modo, o Socrates, loqui videris. S.O.C. Mihi quoque, o Meno, atque cetera non admodum contendo: quod autem qui quae nesciunt inquirenda putant, meliores arrectioresque, & pigri ad vestigandum minus sint, quam qui quae nesciunt, et non quari posse putant, istihic vero & verbis, & si queam, re ipsa contendam. M.E. Hoc quoque recte dicere videris, o Socrates. S.O.C. Vis ne igitur postquam confessi sumus ignota perscrutari licere, quid virtus sit, communiter vestigemus? M.E. Quam maxime: gratius tamen mihi esset audire prius, quod in principio disputationis interrogasti, quo virtuti incumbendum sit, velut ei quae doctrina percipitur, vel quae natura potius insit, vel quae alio quopiam pacto hominibus paratur. S.O.C. Atqui si tibi, o Meno, quemadmodum mihi ipsi imperarem, haud prius virtum doceatur necne virtus perscrutaremur, quam quid ipsa sit indagassemus. Postquam vero nec tute tibi dominari contendis ut liber viuas, ac me ut tuo arbitratu respondeam obsecras, iam uti que respondebo. Videtur igitur considerandum esse, quale sit quod nondum quid est cognouimus. Attamen paulisper a proposito tuo declina, atque ex suppositione considerare permittite, doctrinane an alio pacto virtus possideatur. Ex permissu autem sic dico, quemadmodum geo-


metra saepe discutunt, postquam illos quis interrogaui: veluti de spatio, ut poscit ne in hoc circulo triquetrum hoc spatium expandi: ubi siquis dixerit, nondum se nosse an hoc hominis sit, permissionem arbitror talem conducere. Si n. est hoc spatium tale, ut quod adpositam eius lineam protendis ab eo tanto spatio deficiat, quantum ipsum est protensum, aliud quiddam euenturum puto: & aliud item, si talia quadam pati nequeat. Ex permissione igitur disputare decreui de ijs quae contingunt circa expansionem illius in circulo, an fieri possit necne. Sic & nos de virtute, quonia nec quid, nec quale sit nouimus, permissu hoc, utrum doceri possit in hunc modum queramus. Si virtus est aliquid eorum quae circa aemum versantur, doceri potest, an non? Principio si aliud est quam scientia, nu doceri poterit an non? Vel potius, ut modo diximus, memoria reuocari? nihil referat apud nos vtro nomine utamur, sed an doceri poterit? an id omnibus manifestum, quod praeter scientiam nihil homo docetur? M.E. Mihi sane videtur. S.O.C. Sin autem scientia quadam virtus est, doctrina percipitur. M.E. Quidni? S.O.C. Hoc ergo statim expediimus: nam si talis sit, docetur: si non talis, nequaquam. M.E. Prorsus. S.O.C. Posthac inuestigandum censo utrum virtus scientia, aut aliud quiddam sit. M.E. Mihi quoque idem querendum esse videtur. S.O.C. An virtute aliud quam bonum esse dicimus? & hac nobis positio stabilis permanet, virtute scilicet esse bonum. M.E. Valde. S.O.C. Si quidem est aliquid seorsum a scientia bonum, nonne virtus forsitan scientia nulla erit? sin autem nullum bonum est quin scientia comprehendatur, scientiam esse virtutem suspicantes, recte utique suspicabimur? M.E. Sunt haec vera. S.O.C. Quinetiam virtute boni sumus? M.E. Sumus. S.O.C. Et si boni, vtilis? omnia quippe bona, vtilia. M.E. Sic est. S.O.C. Ergo & virtus vtile quiddam. M.E. Ex ijs quae confessi sumus, necessario sequitur. S.O.C. Consideremus rursum in singulis qualia sint quae nobis profunt: sanitasne & robur, formaque atque diuitiae, ceteraque homini conferre dicuntur? M.E. Ita. S.O.C. Eadem haec aliquando nocere fatemur. An tu aliter sentis? M.E. Sic certe sentio. S.O.C. Vide itaque, quo duce haec obsint, quouae profint, none cum reclusus suspest, iuuant, contra vero nocent? M.E. Prorsus. S.O.C. Praeterea quae circa aemum versantur consideremus. Temperantiam aliquid vocas, et iustitiam, & fortitudinem, docilitatemque, et memoriam, magnificentiam, & homini reliqua? M.E. Equidem. S.O.C. Aduerte quae, quacumque ex ijs scientia nequaquam esse videntur, sed aliud quiddam praeter scientiam, none interdum iuuant, interdum laedunt, veluti fortitudo remota prudentia? nu fortitudo aliud est quam audacia quadam: cumque ratione quisquam audet, iuuatur: cum absque ratione, laeditur? M.E. Sic est. S.O.C. Temperantia quoque docilitas eodem modo, cum ratione quidem percepta atque condita emolumento sunt, contra autem detrimentos. M.E. Quam maxime. S.O.C. Ut ergo summam dicam, oes animae impetus, atque oes declinationes ducete prudentia ad beatitudinem tendunt, imprudentia vero ad contrarium. M.E. Videtur. S.O.C. Quapropter si virtus aliquid est eorum quae con-



Triangulus abc. Coextenta uniuersique trianguli lineae parallelograma abae. acbf.

Mostratur animus immortalis esse.

An virtus doctrina accipitur: ac primo ostenditur comparari qua scientia esse creditur, nec etiam natura consistere.



Mostratur animus immortalis esse. (repeated text from the left margin)

b y f s i u n t

sistunt in animo necessariog, vilis est, prudentiam hanc esse oportet: quippe cum omnia quae sunt circa animum, ipsa quidem secundum seipsa, nec commoda, nec incommoda sint: adiuncta vero prudentia, vel imprudentia, statim aut vitia, aut noxia fiunt: Hac itaque ratione virtutem cum maxime omnium conferat, prudentiam quandam esse constat. M. E. Mihi sane videtur. S. O. C. Quinetiam in alijs quae modo dicebamus, opulentiam atq; similia tum vitia esse, tum noxia: nonne quemadmodum prudentia ceteris animi viribus & officijs presidens vitia reddit, imprudentia vero contraria, sit & illis animus recte vivens atque ducens bona efficit, non recte autem mala? M. E. Prorsus. S. O. C. Recte autem ducit animus prudens, imprudens vero abducit. M. E. Sunt haec vera. S. O. C. Quam obrem omnino asserendum est, cetera quidem humana omnia referri ad animum, quae vero in animo sunt, ad prudentiam, si modo bona futura sunt: eaq; ratione prudentia ipsum vitale erit. Virtutem vero vitalem esse dubium diximus. M. E. Omnino. S. O. C. Ergo prudentia virtus est, aut universa, aut pars aliqua virtutis? M. E. Recte mihi haec omnia dici videntur. S. O. C. Nonne si haec ita se habent, haud natura boni homines erunt? M. E. Haud mihi videntur. S. O. C. Id praeterea cōsingeret, si natura boni fieret, adessent profecto nobis qui filios nostros natura bonos dignoscerent, eosq; nos illorum indicijs selectos in arce quadam conservaremus, multo magis quam aurum custodituros, ne quis corrumperet, mox ubi adoleverint, viles essent Republicae civis. M. E. Cōsentaneum hoc, o Socrates. S. O. C. Cum vero natura boni minime sint, num forsitan disciplina? M. E. Necessarium id apparet. Ac secundum sententiam nostram sequitur, ut si virtus est scientia, doctrina percipiatur. S. O. C. Fortassis Heracle, vereor tamen ne id temere confessi fuerimus. M. E. In superioribus plane id recte dici usum est. S. O. C. At non in praeterito solū, sed in praesenti etiam & futuro tempore tale videri debet, siquid in eo sinceri futurum est. M. E. Quidnam igitur est quod respiciens suspicaris ac diffidis, ne virtus scientia non sit? S. O. C. Dicam tibi, o Meno, virtutem quidem doceri posse, si quidem scientia est, nequaquam reijcio quia si minus recte sit dictum, quod vero scientia sit, vide an non merito diffidam. Age, id mihi responde, si quid doceri potest, non de virtute solum, sed de quolibet alio loquor, an non illius praepceptores, discipulosq; esse aliquos necesse est? M. E. Mihi quidem videtur. S. O. C. At contra, cuius nec doctores extant, nec auditores, si id doceri non posse conijciamus, nonne probabiliter coniectabimus? M. E. Sic est. sed num virtutis praepceptores nullos esse censet? S. O. C. Sapenumero, si qui huius magistri essent omni studio inuestigavi, nec unquam inveni, etsi unā cum ceteris pluribus, atq; ijs, ut videbatur, huius facultatis peritis id quaesivi. Et nunc quidem opportune, o Meno, iste nobis assedit, quem disputationis huius participem faciamus. Ac merito ad id socium adhibebimus. Est enim diuite primum & sapiente patre Anthemione natus, qui profecto non casu quodam, aut muneribus opulentus evasit, quemadmodum nuper Thebanus Ismenias Polyeratis pecunias nactus, sed prudentia vigilantiaq; sua rem auxit. Praeterea nec superbus civis, neq; inflatus aut difficilis, verū modestus, et frugi, facilisq; vir extitit. Deinde hūc bene educavit eruditq;

cuius rei testis est omnis Atheniensis populus, qui ad summos hunc elegit magistratus. Nam cum viris huius modi sint ne virtutis magistri aliqui, & qui sint, inuestigare maxime decet. Ergo age, o Anyte, quare mecum unaq; cum hospite tuo Menone, qui nam huius rei praepceptores sint, & in hunc modū considera: si vellemus Menonem hunc optimū fieri medicum, ad quos potissimū doctores perduceremus? nonne ad medicos? A. N. Y. Prorsus. S. O. C. Et si cerdone optimū fieri cuperemus, an non ad cerdones? A. N. Y. Ita. S. O. C. Et in alijs eodē modo? A. N. Y. Omnino. S. O. C. Sic iterū de medicis mihi dicas: cum diximus mittendū hunc esse ad medicos, si medicum fore velimus, an non id sentiebamus, ut sisti debeat apud eos dū taxat, qui artem illā profitentur, ac mercedem pro eo palam ab auditoribus capiūt, hoc ipso se esse qui volentes docere possint ostendentes. nonne huius ratio habenda est, si modo illū prudenter locaturi simus? A. N. Y. Sic est. S. O. C. Et de tibiariū sono, ac ceteris omnibus similiter id dicandum. Neq; n. mediocrius insensia esset, dum studeremus quicquid tibiicem fieri, cōmendare ijs nolle qui facultate hanc pollicentur, mercedemq; reportant, sed hoc unus illis imponere, qui nec doctrinā sibi vendicant, nec habent ullum in hac arte discipulum, qua instrui hunc quem mittimus, desideramus. An non isthuc procul a rōne sit? A. N. Y. Per Ionem non modo absq; ratione, verū etiam demencia quadā. S. O. C. Probē loqueris. Nunc itaque licet tibi communiter unā mecum de hoc hospite tuo Menone deliberare: hic enim, o Anyte, iampridem mihi dixit, se hanc sapientiā virtutemq; appetere, qua civitates et domus recte gubernantur, liberi quā optime educantur, civis & hospites tum admittuntur, tum dimittuntur, scire, & ut bono viro dignum est. Meditare igitur ad quō potissimum huius comparanda virtutis gratia hunc, mittere deceat. An ex his quae modo diximus, patet: cōmittendum his esse, qui se docturos talia pollicentur: seq; palamcuq; Gracorum discere volenti semper exponunt, huius disciplinae praescriptū precium capientes? A. N. Y. At quos dicas, o Socrates? S. O. C. Nosti credo et ipse hos esse qui publice sophista vocatur. A. N. Y. Heracle bona verba quae sō, o Socrates. Absit ut quisquam vel cognatorū, vel familiarium, vel amicorum, vel civium, vel hospitum in tantā insaniam incidat, ut istis adherens, perdi se patiatur: eorū quippe consuetudo certa illorum qui sectantur, pestis est. S. O. C. Cur ita dicis Anyte? num ijs soli ex omni hōrum genere cum prodesse hōibus proficiantur, adeo ceteris deteriores sunt, ut nō modo non inveniunt, quēadmodum alij, quod ipsis traditum sit, verum contra corrumpant, atq; huius gratia vulgō mercedē exigant? Equidem nō video qua rōne fidem tibi adhibeam. Noui enim virū unum Protagoram, qui plures ob hanc sapientiā pecunias cumulavit, quā aut Phidias ille, cuius tam conspicua pulchraq; opera extant, aut decē alij sculptores. Atqui absurdū sit, si qui calceos veteres consuūt, vestesq; resarciunt, latere nō possint dies triginta, si vestes calceosue restituant deteriores redditos: sed si talia facerēt, breui fame periret: Protagoras aut uniuersam Graciam annos plusquā quadraginta fefellit familiares suos perueniens, deterioresq; quā accepit reddens. Nū reor illū ita decepsisse, natū annos penē septuaginta: quadraginta vero in hac arte versatū. Ac per oē illud tēpus usq; in hanc diem

Prudentia, aut virtute totam aut partem virtutis esse.

virtute non de virtute solum, sed de quolibet alio loquor, an non illius praepceptores, discipulosq; esse aliquos necesse est?

Non esse praepceptores virtutis tradit de.

Carpuntur sophista, at que iterum relaxatur disputatio.

Protagorā docuisse plus quā annos quadraginta.

clarus

clarus extitit. neque Protagoras tantum, sed alij quoque permulti, partim priores illo, partim etiam nunc ut tam agentes. Vtrum n. iuxta sententiam tuam dicemus eos confcios decipere, & ledere iuuenes conari: an seipfos quoque fallunt, & insanunt ex eo, quia nonnulli sunt qui sapientissimos eos esse mortaliu dicunt? A N Y. Longe abest ut insanire dicantur, o Socrates: sed multo magis iuuenes qui illis argentum tradunt. Atq; his etiam deteriores sunt, si qui illos quorum ad se cura pertinet, ijs committant. Omnium postremo insanissima sunt Respublica qua illos recipiunt, neq; expellunt, seu aduena, seu ciuis talem rem conetur. S O C. Num aliquis te sophistarum, o Anyte, iniuria inquam affectit? uel quid illis ita succenset? A N Y. Nulla mihi inquam cum aliquo illorum consuetudo fuit, neq; meorum aliquem illis uti permittentem. S O C. Nunquam ergo illorum mores expertus es. A N Y. Vtinam vero ne experiar. S O C. Quadam ratione dignoscet bonumne an malum sit, cuius nullum fecisti periculum? A N Y. Liquido istos noui quales sunt: siue expertus sim, siue non. S O C. Vates forsitan es, o Anyte, hoc enim te alia rone nouisse, ex ijs qua modo dixisti, mirum sit. Veru non eos quarimus, ad quos profectus Meno inficiatur: hi namq; si Vis sophista sint. Sed opem patrio feras amico: ostendatq; cuiam adhaerens eoru qui tam amplam urbem colunt, eam quam narrauimus virtutem adipsiscatur. A N Y. Cur ipse non indicat? S O C. At quos ego magistros existimauerat, in medium iam produxi: veru iuxta sententiam tuam nihil omnino profeci. ac forte vera loqueris. Itaq; tu quoque iam parte tuam huius muneris exple. Ostende ad quem Atheniensiu proficiscatur. profer cuiuscunq; Vis nomen. A N Y. Quid opus est hois unius nomen audire? quemcunq; Atheniensiu nactus fuerit ex bonis clarisq; hominibus, melior illius familiaritate, si modo paruerit, euadet quam consuetudine sophistarum. S O C. Viru vero si praclari boniq; viri ex seipsis nullo in stituente, tales effecti sunt, eaq; docere ceteros possunt, ipsi licet a nullo didicerint? A N Y. A senioribus uris praclaris atq; bonis percepisse arbitror. An non tibi videntur in hac ciuitate multi insignes et optimi hoies extitisse? S O C. Mihi quidem, o Anyte, esse hic viros ciuili administrationis peritos, nec pauciores olim fuisse videntur. Sed num praceptores idonei virtutis illius sua fuerit? hoc enim est de quo nunc differitur, non vtrum sint aut fuerint hic viri boni, sed vtrum virtus doceri possit, & ob hoc vtrum viri boni siue veteres illi, siue qui nunc viuunt virtutem eam qua praediti quiq; sunt, ipsi tradere alteri norint: an forte, nec tradi alteri, nec recipi viris possit. Id inquam est, quod dudum ego ac Meno inquirimus. Sic aut ex ipsa tua oratione rem considerato. Num Themistoclem virum bonu fuisse futeris? A N Y. Maxime omnium. S O C. Et praceptorem virtutis sua bonum, si quis omnino virtutis magister fuit. Themistoclem extitisse? A N Y. Reor equidem, dumodo voluisset. S O C. Num censet ipsum noluisse alios quoque bonos fieri? filiu suum praefertim? an putas inuidisse filio, & de industria virtutem partem minime comunicasse? Audiisti quod Themistocles filium Cleophantum in equestri facultate strenuum reddidit, adeo ut equis ille rectus insisteret, rectusq; ex equo iacularetur, ceteraq; permulta stupenda faceret, in quibus illum diligenter parens eruditus,

sapientemq; in singulis qua praceptoribus praecipua sint, reddidit? hac a maioribus accepisti? A N Y. Accepit. S O C. Nemo igitur natura filij utpote malam culpauerit. A N Y. Nemo arbitror. S O C. Quid vero ad hoc? audisti ne ab aliquo seniore aut iuniore, Cleophantum Themistocles filiu, bonu ac sapientem in quibus pater fuerat, extitisset? A N Y. Nunquam. S O C. Num Themistoclem arbitratur alienis artibus imbueri filiu voluisse, paterna vero virtute nihilo vicinis suis praestantiorem reddere curauisset, si quid doceri virtus illo pacto possit? A N Y. Fortassis per Ionem minime. S O C. Talis igitur hic virtutis magister fuit, quem ipse unu ex antiquis optimu asseris. Consideremus iam & aliu, Aristidem Lysimachi filium. nonne hunc quoq; bonum fuisse censet? A N Y. Et maxime quidem. S O C. An non & iste filium suu Lysimachum in omnibus qua a praceptoribus praecipuntur, optime Atheniensium omnium eruditum euadere cum voluisset, num quoquam alio meliorem fecit? hunc etenim allocutus es, & qualis sit, optime nosti. Praeterea si Vis Periclem virum magnopere sapientem, considera: duos hic, quod te minime pterit, filios educauit, Paralum & Xanthippu. A N Y. Noui equidem. S O C. Hos ut nosti, tum arte equestri, & musica, tum et athleticis praeceteris Atheniensibus instruxit. Ac deniq; in nullo eoru qua arte percipiuntur, inferiores alijs esse voluit, boni aut ut euaderent, an cupiebat? cupuisse quidem existimo, sed id doceri minime potuisse. Ne aut paucos putes quosdam ignobilissimosq; Atheniensium id assequi non potuisse, Thucydide nide: duos hic filios Melisiam atq; Stephanum educauit, quos & cetera diligenter edocuit, & palastram in primis, ut in ea Athenienses reliquos facile superarent, unum quidem Xanthia, Eudoro alterum comendans: atq; hi quidem palastra ceteris omnibus illis temporibus praecellere putabantur. nonne meministi? A N Y. Audi equidem. S O C. Neq; vero iste quum qua sumptu maximo discebatur, filios callere voluerit, virtutem solam quam absque pecunijs tradere potuit, si modo doceri potuisset, doceri noluisse putadus. An forte Thucydides ignobilis uir erat, nec amicos plurimos tam ciues quam comilitones & socios habebat? Quin imo & ampla familia ortus, & summa cuiusdam auctoritatis tum apud conciuos suos, tum etiam apud oes ceteros Graecos erat. Ideoq; si per doctrinam comparari bonitas potuisset, inuenisset saltem uel cinem aliquem uel peregrinum, qui filios eius bonos effecisset, si ipsi ad id docendum a reipublica negocijs ocium deerat. Sed Vide, o amice Anyce, ne forte virtus doceri nequeat. A N Y. O Socrates, liberius quam decet, homines mihi vituperare videris. Itaq; tibi consulo, si modo parere uis, ut tibi caueas: forte enim alia in urbe leue est, uel iniuria, uel beneficio ciues afficere, in hac autem graue minimum ac periculosum, neque id te fugere arbitror. S O C. O Meno Anytus hic succensere mihi videtur, neque id miror. primum quia hos me viros vituperare censet, deinde se unum ex ijs arbitratur. Verum hic si quando dixerit quid sit hoibus detrudere, haud ulterius succenset, in praesentia vero ignorat. At ipse mihi dicas vtru apud nos clari, ac boni viri sint. M E. Sunt certe. S O C. Volunt ne isti iuuenibus seipfos praceptores exponere? atq; id profiteri? uel virtutem doceri posse fatentur? M E. Non per Ionem, o Socrates, sed nunc ab illis doceri

Athenis periculosum erat quemquam iniuria afficere

posse virtutem, nunc non posse audies. S O C. An hos dici mus huius rei magistros, inter quos nondum id conuenit? M E. Nequaquam mihi videtur, ò Socrates. S O C. Quid vero, num sophistas, si quidem ij soli id prædicant, magi stros virtutis existimas? M E. Gorgiam in hoc vehemen ter admiror & amo, quòd nunquam illum hoc pollicen tem audias. Imò & alios ridet, quoties polliceri sentit: pu tat autem hoc duntaxat promittendum esse, eloquentes posse scilicet vehementesq; dicendo homines reddi. S O C. Non ergo sophista huius rei præceptores esse tibi videntur. M E. Nescio quid dicam, ò Socrates nam mihi hoc idem quod plurimis accidit: nunc posse puto, nunc posse nego. S O C. Nec soli tibi ceterisue ciuibus euenit, ut in terdum doceri virtutem credatis, interdum vero nege tis, verum etiam poetæ Theognidi, eadem enim omnino di cit. M E. Quibusnam carminibus? S O C. Eligis in hunc modum. Hos propè bibe & comede, cum ijs unâ sedeto, ijs obsequere, quorum magna potestas, à bonis enim bona perdisces. Quòd si malis adhaeris, quam habes mentem proculdubio perdes. Vides iam quòd in ijs ita loquitur, quasi virtus disci possit? M E. Apparet. S O C. At vero pau lo post sic inquit, Si sana mens homini tradi posset, mul tam sane magnamq; mercedem qui id efficerent, reportaren t, neque bono ex patre filius malus esse prudentibus monitis imbutus: uerum docendo nunquam ex malo bo num hominem facies. Cernis hunc circa eadem contra ria sit ijsi statuere? M E. Videtur. S O C. Potes igitur indicare mihi rem, quancunque tandem, cuius qui se do ctiores scribunt, haud aliarum tamen doctores esse, aut eam rem tenere, sed prauos nullosq; in eo cuius professores sunt, esse se fateantur: aut si se fateantur esse aliquos, rem tamen eam percipi posse nunc quidem affirmant, nunc negent: an tu qui quancunque in re ita ancipites sunt, eius rei doctores recte uoces? M E. Minime. S O C. Ergo si neque sophista, neq; boni clarig; uiri huius rei do ctiores sunt, multo minus ceteri erunt. M E. Certe. S O C. Si non sunt præceptores, neque discipuli etiam. M E. Sic ut ais, mihi videtur. S O C. An non confessi sumus, illud cuius nec magistri neque discipuli sunt, doceri minime posse? M E. Confessi sumus. S O C. Et uirtutis nusquam præceptores reperiuntur? M E. Nusquam. S O C. Si non præceptores, neque discipuli etiam. M E. Sic apparet. S O C. Virtus ergo doceri nequit. M E. Sic videtur, si quidem nos rectè dijudicauimus. Quam ob rem uehementer admiror ò Socrates, bonos illos inter homines reperi, & que sit ratio qua boni sunt ambigo. S O C. Videtur, ò Meno ego simul & tu mali esse, videtur Gorgias quoque te, ac me Prodicus haud sat is erudisse. Itaque maxime omnium reuocanda nobis mens est nostra, quarendusq; aliquis qui hoc uno modo meliores nos efficiat. Hac autem dico ad su periozem inquisitionem respiciens. Num isthuc perridicu le à nobis præteritum est, quòd non solum scientia duce, recta negotia hominibus procedunt, quòd quidem nisi con cedatur, esse scilicet præter illam aliud quiddam, fortas se nulla extet ratio, qua uiri boni fiant. M E. Quo pacto id ais, ò Socrates. S O C. Sic quòd quidem bonos viros vtilis esse oporteat, probè confessi sumus, cum nunquam se res aliter habeat, nonne? M E. Ita. S O C. Et quòd vtilis fu turi sint, si rectè agendis rebus præsent, etiam probè inter nos conuenit. M E. Probè. S O C. Quòd vero nullus rectè

Theognidis
præcepta di
gnat cogni
tu.

Prodicus
pceptor So
cratis.

præesse possit, nisi sit prudēs, haud satis rectè ab utroq; as seueratum esse constat. M E. Quomodo rectè dicis? S O C. Dicam, qui inter uel Larissam, uel aliò quouis nouit, & eò uel ipse proficiatur, uel alios ducat, nonne rectè atq; bene perducet? M E. Prorsus. S O C. Quid vero si quis re ctè opinatur quæ uia ferat Larissam, nuquam tamen pro fectus sit, neq; sciuerit, nonne ista quoque rectè duceret? M E. Valde. S O C. Et donec rectam de ijsdem rebus opinio nem habet, de quibus alter scientiam, aux erit nihilo de terior, existimans quidem uera, sciens uero minime, quam is qui ista pernouit? M E. Nihilo certè. S O C. Vera ergo opi nio ad rectè agendum nihilo minus quam prudentia ua let. Atque id est quòd in consideratione uirtutis in supe rioribus prætermisimus, dum solam prudentiam rectè agendi ducem assereremus, hæc autem erat opinio uera. M E. Videtur. S O C. Num igitur nihilo minus recta opi nio quam scientia confert. M E. Hoc utiq; minus confert, ò Socrates, quòd quicunque scientiam habet, semper assequi tur: qui uero rectam opinionem, interdum quidem conse quitur, nonnunquam uero fallitur. M E. Quid ais? qui re cta opinione incedit, nonne quadiu opinatur rectè, semper uoti compos efficitur? M E. Necessarium apparet. Quam ob rem miror, quare cum ita sit, scientia tamen longe ad modum præstantior habeatur quam recta opinio, & cur utraque illarum aliud quiddam sit, dubito. S O C. No stin' quam ob causam id mireris? an ipse uis tibi dicam? M E. Dic prorsus. S O C. Quia Dædali statuas nunquã considerasti, forte uero neq; apud uos extant. M E. Quor sum hæc? S O C. Quonia hæc nisi ligentur, discedunt atq; aufugiunt, ligata permanent. M E. Quid tum? S O C. Ex eius operibus quòd solutū est, haud magni fit, instar fugi tui hoīs: neq; enim permanet: ligatum uero admiratio ne dignum, pulcherrima, opera sunt. Cuius hæc gratia dico? Verarum opinionum gratia: hæc quippe quouisq; sta biles perseverant, pulchra quædam opera sunt, omniaq; bo na perficiunt. At tamen diu consistere nolunt, sed ex ho minis aīo confestim aufugiunt, quapropter non multi precij sunt, donec quis illas rationatione à causis ducta liget. hæc uero amice Meno reminiscencia est, ut supra inter nos conuenit. Postquam uero ligata sunt, primo qui dem scientia sunt, deinde perseverantes, proptereaq; scien tia recta opinione præstantior est, ab eaq; uinculo quodã discrepat. M E. Per Iouem, ò Socrates, congrua compa ratio. S O C. Quinetiam ipse non tanquam sciens, sed ut coniectans ita loquor. Quòd uero est aliud quiddam ue ra opinio quam scientia, haud omnino plane mihi conij cere uideo. Sed etsi quicquam aliud me scire faterer, quæ sanè pauca sunt, uiam hoc ijs quæ scio, adnume rem. M E. Probe, ò Socrates, loqueris. S O C. Quid ue ro? nonne hoc quoque rectè, quòd uera opinio opus quod libet ducens, nihilo peius quam scientia illud assequitur? M E. Hoc quoque uerum. S O C. Nihil igitur uera opi nio quam scientia deterior, nec minus ad actiones uilis est, ut neque uir ueram opinionem habens quam scien tia præditus. M E. Ita est. S O C. Quin etiam uirum bo num uilem esse conueniebat. M E. Conuenit. S O C. Si igitur homines non per ipsam scientiam solum boni atq; uiles ciuitatibus essent, si modo inuenirentur, sed etiam per opinionem rectam: horum uero neutrum natura ho minibus inest, neque scientia, neque uera opinio, neque etiam

Recta opi
nio & sciē
tia.

Recta opi
nio est remi
niscencia.

etiam aduentitia haec sunt: num videtur istorum aliquod natura inesse? M. E. Mihi nequaquam. S. O. C. Nonne postquam natura non insunt, neque boni etiam viri natura erunt? M. E. Non sane. S. O. C. Quoniam vero nequaquam natura, utrum doctrina considerabamus? M. E. Ita. S. O. C. Et doctrina comparabilis visa est, si sit prudentia virtus? M. E. Est. S. O. C. Et si comparabilis per doctrinam prudentia quoque visa est? M. E. Prorsus. S. O. C. Ac si praecipites essent, doceri posse: si non, minime? M. E. Sic est. S. O. C. Et praecipites eius esse cōi consensu negauimus. M. E. Negauimus. S. O. C. Conclufimus itaque, neque doceri illam, neque prudentiam esse? M. E. Conclufimus. S. O. C. Præterea bonum ipsam esse concessimus. M. E. Concessimus. S. O. C. Bonum autem & vtile esse quod recte ducit. M. E. Maxime. S. O. C. Recte denique ducunt duo haec sola, vera opinio atque scientia, quibus homo praeditus dux esse alijs vere potest. Quae enim fortuna contingunt, imperio hominis nequaquam fiunt: quibus autem homo ad rectum dux est, duo haec sunt, opinio vera atque scientia. M. E. Idem mihi videtur. S. O. C. Igitur cum virtus doctrina percipi nequeat, nequaquam scientia est. M. E. Non apparet. S. O. C. Cū ergo duo sint bona atque vtilia, alterum illorum reijcitur, scientia scilicet, neque illa in actione civili principatum tenet. M. E. Non, ut mihi videtur. S. O. C. Non ergo sapientia quadam, neque ut sapientes civiles isti homines Rempublicam administrant: cuiusmodi qui Themistocles temporibus, & quos paulo ante Anytus retulit, extiterunt. Unde nec ceteros tales quales ipsi sunt reddere possunt, quippe qui scientia nulla hominibus sint praediti. M. E. Ita ut ais esse videtur, o Socrates. S. O. C. Si non scientia, restat ut opinione recta videntes civiles viri ciuitates gubernent, ac haud secus ad prudentiam se habeant quam vates diuinorum furorē correpti. Etenim hi vera quam plurima nūciant, nihil tamen eorum quae loquuntur intelligunt. M. E. Sic esse videtur. S. O. C. Nonne igitur, o Meno, diuinos hominibus viros appellare decet, qui mente nequaquam videntes multa tamen ac magna faciunt, & agendo & dicendo disponunt? M. E. Prorsus. S. O. C. Quamobrem merito diuinos vocabimus, quos modo praediximus vates furentesque ac poeticos homines vniuersos, ciuilemque homines non minus quam reliquos diuinos existimabimus diuino afflatos numine deorum penitus occupatos, quandoquidem Rempublicam dirigunt, multa maximaque dicentes, quae nequaquam intelligunt. M. E. Maxime. S. O. C. Mulieres quoque, o Meno, bonos viros diuinos nuncupant. Et Latonici quoties bonum quendam virum commendare volunt, diuinus hic vir aiunt. M. E. Et recte quidem loqui videntur, o Socrates, quanquam Anytus hic tibi forte talia loquens succenset. S. O. C. Haudquaquam mihi curae est: cum hoc enim, o Meno, rursus differemus. Si autem nos in oī hac disputatione recte perscrutati sumus, virtus utique nec doctrina neque natura nobis aderit, verum diuina sorte absque mente in eum qui illam sortitus fuerit, influet: nisi forte quis ex civilibus talis existat, ut alium quoque ciuilem efficere possit. Quod si extiterit, talis hic inter viuentes erit, qualem Homerus ait Tiresiam inter mortuos esse, sic dicens, Inter eos qui apud inferos sunt solus sapit, ceteri vero umbræ volitant. Similiter & ciuis hic ad alios tanquam ad umbras se haberet. Vera enim res, si virtutem spectes, esset. M. E. Optime mihi dicere vide-

ris, o Socrates. S. O. C. Ex hac itaque ratione, o Meno, diuina sorte virtus adesse cuiusque, adsit apparet. Veritatem tamen de hoc perspicuam tum denique comprehendemus, cū antequam quo pacto virtus adsit gratetur, quid ipsa secundum seipsam sit, inuestigare tentemus. Nūc autem hora iam est, ut hinc alio abeam. Ipse vero quod tibi persuasum est, Anyto huic hospiti tuo uicissim persuade quo mitior sit. Nam si ei hoc persuaseris, Athenienses quoque iuuabis.

ALCIBIADES
PRIMVS, VEL, DE
NATVRA HOMINIS.
MARSILII FICINI
ARGVMENT.



ANDIDISSIMVS Platonis nostri liber, qui Alcibiades primus inscribitur, Alcibiade ipso venustior, & omni carior auro, quid homo est, quid eius officium docet. Est autem homo, anima rationalis, mentis particeps, corpore vitis. Ex hac definitione illius officium trahitur triformis distributum. Ut scilicet rationalis anima est,

in seipsam circulo quodam ratiocinationis sese animaduertendo reflectitur. Ut mens, particeps in diuinam mentem velut rivulus in fontem suum refuit. Ut vitis corpore, humanis negotijs gubernandis incumbit. Perfectum igitur & absolutum hominis officium est, primo quidem ut naturam suam aduertat, deinde ab illa tanquam ab imagine & affectu ad diuinam mentem exemplat eius & causam conuertatur. A qua hominis animus illustratus, ipsum bonum, ipsum vtile, ipsum pulchrum, ipsum iustum intelligit, suamque bonum, vtile, pulchrum, iustum perfecte comprehendit. Unde quid bonum, quid vtile aliorum hominum quibuscumque versatur, quibusque imperat, noscitur. Cumque bonum absolutum, bonum sui, bonum aliorum cognouerit, ad seipsum iam & alium vnumquemque curandum secundum cognitum boni normam debet accedere. Philosophiae studio, moralis, mathematicae, theologiae opus est, ut ad seipsum & ad mentem sui causam redeat. Moralis quippe & mathematica disciplina animum in corporemersum in seipsum restituit, theologia supra se rapit, & extra seipsum attollit in deum. Mentis diuina idearumque cognitio sapientia dicitur. Sui ipsius notitia, & sui suorumque boni vtilisque inuentio ex diuinae mentis intuitu manans, prudentia nuncupatur. Prudentia sane ut bonum intelligit, humanas actiones tam publicas quam priuatas ad finem optimum refert. Ut vtile, per comoda, media, propriasque vias, quibus ad finem perueniat, dirigit. Ut pulchrum, quis ordo, quis modus in hoc progressu quasi quodam itinere sit seruandus insituit. Ut iustum, quod distinctio singulorum operum, quae obseruantia impositi ordinis, quod supplicium transgredientis, quod primum legem huius itineris obseruantis praescribit. A philosophia igitur ad sapientiam, a sapientia ad prudentiam fit accessus: prudentia vero magistra vitae disciplinae sui cuiusque rei familiaris, & respectu huius homo per prudentiam gubernat, domus autem & ciuitas per amicitiam publicam, iustitiamque seruantur. Publica amicitiam uocantur consensione illam qua cuncti sub eadem lege & principe libenter conueniunt, & ad eundem finem respiciunt. Iustitiam publicam uocantur legitimum distinctionem, qua singuli licet sub eodem principe, & ad eundem finem, hoc est publicum bonum, diuerso tamen tramite proficiunt, variamque officiorum distributionem per naturam & dignitatem vniuersumque a natura & legibus assignatam seruat, proprioque munere sine usurpatione alieni fungitur. Insunt in hoc dialogo theologiae dictiones duae, ipsum idem, & ipsum vnumquodque. Circa hominem illa significat animam ut ideam, haec autem in corpore. Sed de his latius in commentarijs, quae in decem hos Platonis dialogos scribere iam institui.

SOCRATES,
ALCIBIADES.



FILI Cliniae, admirari te arbitror, quod cum primus ipse omnium amare te ceperim, ceteris alienatis, solus in ista benevolentia perseuerem: cumque amici reliqui frequentiori consuetudine tibi assidue molesti essent, ego tot annis ne compellarim quidem. Huius autem rei causa non hu-

Occasio dialogi, in quo introducitur Alcibiades iuuenis pulcherrimus, generosus, diues, habes idole et esse magnorum gestorum, ut ostendetur naturam hominis non esse in his partibus.

Duo recte ducunt, vera opinio atque scientia.

Qui bonus vir est, is diuinus appellatur.

Vnde adsit virtus.